# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome C.

## Fasciculus 2.

Pagine {122}-{234}.

## Proprium de sanctis.

## Festi Januarii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2013.
Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2013.

[ ℭ *De sancto Silvestro et de aliis sanctis usque ad festum sancti Vvlstani quere omnia in communi sanctorum sicut post nativitatis Domini prenotatum est.*][1]

*Si tempus prolixum fuerit inter dominicam in qua incipienda est hystoria* Dómine ne in ira. *et lxx. festum sancti Wulstani in eadem dominica in qua contigerit celebretur et memoria fiat de dominica ad utrasque vesperas : et ad matutinas et ad missam que precedet memoriam beate Marie.*

*Eodem modo fiat de ceteris sanctis.*

*Si festum sancti Wulstani vel sanctorum Fabiani et Sebastiani, vel sancte Agnetis in dominica lxx. evenerit festum differatur usque in crastinum sancti Vincentii. Si vero in die sancti Vincentii aut sancti Pauli dominica lxx. contigerit festum differatur in crastinum* [*et totum servitium fiat de septuagesima*].[2]

*Si* [*vero*][3] *aliquod predictorum festorum in sabbato proximo ante lxx. evenerit vespere*
[*12v.*] *in ipso sabbato de septuagesima erunt et solennis memoria de festo. Similiter fiat in lx. vel in l.*

*Si vero* [*aliquod*][4] *festum a dominica differtur in ij. feriam, vel in eadem feria contigerit, vespere in dominica de festo erunt : et solennis memoria de dominica* [*ut notatum est post* Dómine ne in ira.][5]

*Idem modus servetur in omnibus festis ix. lectionum usque ad passionem Domini ita tamen quod in omnibus festis duplicibus ipso tempore contingentibus erunt prime et secunde vespere de festo.*

*Preterea*[6] *festum purificationis beate Marie non differatur.*

[ ℭ *Hec sunt festa ix. lectiones que non habent proprias lectiones sed de communi videlicet festum sancti Vulstani, sancti Ricarde episcopi et translatio ejusdem, translatio sancti Edwardi,*[7] *translatio sancti Svvythuni sociorumque ejus, sancti Remigii sociorumque ejus, sancti Vvlfranni episcopi et confessoris.*][8]

# ℭ *Sancti Wulstani episcopi et confessoris.*

## *novem lectionum.*[9]

(*xix. Januarius.*)

*Lectio prima.*

REgnánte illústri rege Anglórum Edwárdo,[10] sedit Wygórnie Writhégus póntifex, apud quem Wúlstanus primévi floris índolem agens : síngulis grádibus crevit in clero. Donátus tandem honóre sacerdótii in témpore suo vitam célibem duxit a púero : et in fructu centésimo Deum per desidérium quérere, per cogitatiónem veníre, per gustum tángere salúbriter satagébat. Adolescébat in viro germen omne virtútum, prerogatíva sanctitátis sic enítuit : ut optimátes Anglórum ejus amicítiam et avidíssime optárent, et constantíssime tenérent. Jugis in oratiónibus, in genuflexiónibus creber : plumam et nullum lectum omníno habére, sopóri raro indúlgere, sed surrípere.

*Lectio ij.*

SUper gradus ante altáre cápite pósito se humi expónere : vel étiam códice áliquo vértici[11] submísso, ténuem consuévit invitáre sopórem. Tribus in ebdomáda diébus omnis cibi ábstinens, perpétuo linguam cohibébat siléntio : ne ullo saltem laberétur verbo. Tribus réliquis, porros caules vel coctos vel elíxos, et panem cibárium comedébat : ut his magis continéret natúram quam gulam. Quid plura ? Talem se súbditis exhíbuit : ut non deésset eis doctrína in verbo : nec vita in exémplo. Tu autem.

*Lectio tertia.*

QUodam témpore dum super ecclésie tectum fábricam quandam construérent in qua dependérent campáne : ad illam erigéndam gradus scalárum aptábant, quibus operántes insísterent, et péndulos in áere gressus firmárent. Jamque fúnibus subvécte stabant scale imménsa proceritáte prominéntes : artificésque in eis mútuo sibi structúre necessária ministrántes. Quorum unus cum céteris prerúptius árduos meditarétur ascénsus : preceps ruit. Wúlstanus vero éminus stans et íntuens quáliter

ille per áerem[12] deórsum volverétur : condóluit veheménter, signúmque sancte crucis oppósuit. Et casus qui erat ab altitúdine ad minus pedum quadragínta, non solum corpus ruéntis non attrívit : sed nec étiam ánimum frigénte sánguine ut solet hebetávit. Surréxit ergo incólumis, sue réputans temeritáti quod cécidit : et Wúlstani sanctitáti quod evásit. Tu autem.

*Lectio iiij.*

CUm autem Willélmus rex litteratúre insufficiéntiam, et Gállici sermónis caréntiam pretêndens, Wúlstanum priváre niterétur pontificátus offício : convocáto consílio, jubet Lamfráncus archiepíscopus venerábilem virum báculum resignáre cum ánulo. Vir autem Dei, nec vultu mutátus, nec ánimo, eréxit se : et virgam pastorálem manu tenens, dixit, Vere dómine archiepíscope, vere scio quia nec hoc honóre dignus sum : nec huic sufficiens óneri aut labóri. Sciébam enim hoc, quum me clerus elígeret, quum epíscopi cógerent : quum dóminus meus rex, ad hoc officium invitáret. Ipse tamen auctoritáte sedis apostólice in meos húmeros hoc onus refúdit : et per hunc báculum, me episcopáli gradu investíri precépit. Nunc tu virgam pastorálem éxigis, quam non tradidísti : officium ádimis, quod non contulísti. Et ego quidem insufficiéntiam meam non ignórans, et huic sancte Sýnodi senténtie cedens, resignábo quidem báculum, sed non tibi : sed pótius ei, cujus eum auctoritáte suscépi. Tu autem.

*Lectio v.*

HIs dictis, accédens ad tumbam sancti Edwárdi, et stans ante sepúlchrum dixit, Tu scis dómine mi, quam invítus hoc opus suscéperim, quótiens subterfúgerim : quótiens me, quum quérerer absentáverim. Fáteor insípiens factus sum : sed tu me coegísti. Nam licet non deésset fratrum eléctio, plebis petítio, episcopórum volúntas, grátia prócerum : his tamen ómnibus tua preponderábat auctóritas, tua magis vigébat volúntas. Et ecce jam novus rex, nova lex, [13r.] novus póntifex : nova jura condunt, novas senténtias prómulgant. Te erróris árguunt qui jussísti : me presumptiónis qui consénsi. Et tunc quidem falli potuísti ut homo : sed

nunquid modo conjúnctus Deo ? Non ígitur illis qui éxigunt quod non dedérunt, qui cum sint hómines fállere possunt et falli : sed tibi qui dedísti jam dedúctus in ipsam veritátem, ignorántie vel erróris ténebras evasísti, resígno báculum : tibi curam eórum quos michi commendásti, dimítto. Tibi secúre eos commítto : cujus ego mérita non ignóro.

*Lectio vj.*

HEc cum dixísset : eleváta páululum manu in lápidem quo sanctum corpus tegebátur, báculum infíxit dicens, Accipe dómine mi rex : et cui libúerit trade illum. Et exútus pontificálibus : inter monáchos ipse jam monáchus simplex resédit. Admirántur omnes cernéntes virgam lápidi immérsam : et quasi radícibus uterétur, non movéri. Cunque tentántes, nulla ratióne báculum evéllere possent, res defértur in synódum : et Gundúlphus Rofflénsis epíscopus a Lamfránco missus, ad sepúlchrum accédens, cum báculum nullátenus movére valéret : Lamfráncus novitáte miráculi stupefáctus, una cum epíscopis et rege ad túmulum próperans, facta oratióne manum invánum ad eruéndum báculum appósuit. Exclámat rex, orat póntifex, et ad sanctum ait, Vere justus Dóminus, et cum simplícibus gráditur : et cum humílibus sermo ejus. Derísa est a nobis frater, tua sancta simplícitas : sed edúxit Dóminus quasi lumen justíciam tuam. Errávit in te judícium nostrum : sed simplicitátem tuam Deo gratam hoc ómnibus propalávit. Auctoritáte proínde qua fúngimur, immo judício divíno quo convíncimur : curam qua te inconsúlcius exúimus, íterum tibi commíttimus et impónimus. Ille autem impossibilitátem suam, et onus supra vires preténdens : ásserit in loco sancto minístrum sanctum statuéndum. Victus tandem precum instántia, coram ómnibus ad sepúlchrum accéssit : virgam manu tétigit, et mox manum ejus secúta, ac si in molli luto fuísset impréssa, desíliit. Lamfráncus ergo ad pedes ejus provolútus fatétur delíctum, véniam implórat, dicens simplicitátem ejus Deo accéptam et beneplácitam : qui sapiéntiam hujus mundi stultam facit, ut fórtia confúndat, et grátiam infúndat humílibus.

*Lectio vij.*

DUm semel monáchi beáti viri ad majórem ecclésiam migrárent, quam ipse constrúxerat, et vidéret antíquam ecclésiam déstrui, quam sanctus Oswáldus constrúxerat : láchrymas fudit. Super quo modéste redargútus a suis quod pótius gaudére debéret, quia se supérstite tantus honor ecclésie sue accidísset quod multiplicátis monáchis edifícia augeréntur : dixit, Ego longe áliter intélligo quod nos peccatóres et miséri ópera sanctórum destrúimus : ut nobis laudem comparémus. Non nóverat illa etas pompática constrúere : sed sub qualicúnque tecto seípsos Deo immoláre, subjectóque ad exémplum attráhere. Nos ecóntra nítimur : ut curam animárum negligéntes, cumulémus lápides.

*Lectio viij.*

ANno autem Dómini millésimo sexagésimo séptimo, episcopátus sui tricésimo quarto, etátis vero sue octuagésimo séptimo, quartodécimo kaléndas Februárii, defúnctus século : vívere cepit in Christo. Anulum autem quem in consecratióne accéperat, multis annis dígito ejus herére non pótuit : et crebro lapsus, nunquam amíssus fuit. Quippe caro digitórum ejus ita exinaníta erat : ut vix pellícula óssibus inheréret. Fertur enim ipsum sépius dixísse, Anulum quem sine ámbitu suscépi : inseparábilem michi in humum portábo. Post óbitum ejus quidam ánulum dígito subtráhere invánum tentavérunt : ita enim pellis plena, protuberántes artículi, nervórum intégritas, restitúta videbántur mórtuo : que pro abstinéntia, exinaníta fúerant vivo. Elápsis enim post óbitum ejus annis centum, dum transferrétur corpus ejus, et in scrínio precióso collocarétur : repértum est una cum vestiméntis pontificálibus intégrum et incorrúptum.

*Lectio nona.*

INter multa enim mirácula pro fámulo suo a Deo patráta,
[*13v.*] mulíerem quinque annis incurvátam ac inclinátam humíque acclívem curávit. Linguam púeri a novérca abscísam reparávit, cecos quinque illuminávit, demoníacos quinque sanávit, mutis quatuor loquélam réddidit, mórtuos tres resuscitávit, leprósos duos mundávit, et hydrópicis

duóbus sanitátem cóntulit. Infra tríduum vice quadam, trigínta quinque váriis morbis opprésssi, salúte consecúta, grátias Deo et sancto ejus referébant. Oculos júvenis cujúsdam ab émulis effóssos, et in campum projéctos : sanávit. Non enim sibi próprios restítuit, sed novas et módicas in fossárum profunditáte pupíllas, tanquam duas pósuit prúnulas, et quas várias hábuit ex natúra, nigras recépit ex grátia, de die autem in diem, usque ad quantitátem competéntem crevérunt. Testículi ejúsdem júvenis, ab eísdem émulis, a fóllibus suis erúti et prescísi, longiúsque projécti, eídem sunt restitúti, vulneráque ómnia divérsis córporis locis recépta in mómento sunt curáta. His et áliis multis claret miráculis, ad laudem et glóriam nóminis Dei : qui est benedíctus in sécula. Tu autem.

*Cetera omnia de communi* [*unius confessoris et pontificis*][13] [791]. *cum hac oratione.*

SPíritum in nobis[14] Dómine tue charitátis infúnde : ut intercedénte beáto Wúlstano confessóre tuo atque pontífice, tuam mereámur dulcédinem in etérna felicitáte gustáre. Per Dóminum. In unitáte ejúsdem.



# ℂ *Sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum.*

(*xx. Januarius.*)

## *Ad [primas] vesperas.*

*Ant.* Sancti per fidem. *In communi.* [739].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Justórum ánime. [790].

℟. Erat namque. *infra iij.* {134}.

*Hymnus.* Sanctórum méritis. *In communi.* [739].

℣. Letámini in Dómino. [748].

AS:365; 1519-S:19v; 1531-S:13v.[15]

2629. Ant. VIII.i.





in ce-lo et in terra pax in ho-mí-ni-bus bone vo-luntá-



tis al-le-lú-ya al-le-lú-ya. *Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.*

DEus qui beátos mártyres tuos, Fabiánum et Sebastiánum virtúte constántie in passióne roborásti : ex eórum nobis imitatióne tríbue pro amóre tuo próspera mundi despícere, et nulla ejus advérsa formidáre. Per.

## *Memoria de sancto Wulstano.*

*Ant.* Iste est. *In communi.* [833].
℣. Justus germinábit. [829].
*Oratio.* Spíritum in nobis. *ut supra.* {127}.

*Memoria de sancta Maria.*

## ℂ *Ad matutinas.*

AS:365; 1519-S:19v; 1531-S:13v.[16]

Invit.
IV.i.



sar0153.

CHristum *supplí-ci- ter Re-gem re- gum a-do-



ré- mus. †Qui do- nat sanctis prémi- a dig- na su- is.



*Ps.* Ve-ní- te. 13*.

*Hymnus.* Sanctórum méritis. *In communi.* [742].

## *In primo nocturno.*

AS:365; 1519-S:20r; 1531-S:13v.[17]

1. Ant. VII.i.



4843. SEbasti- á- nus * Me-di- o-la-nénsi- um pár-ti- um



ci- vis, quem perfú-de-rat De- us grá-ti- a : ab ómni-bus



ama-bá-tur. *Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

AS:365; 1519-S:20r; 1531-S:13v.

2. Ant. VIII.ii.



2653. E- rat e- nim * in sermone ve-rax : in ju-dí-ci- o



justus. *Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

AS:365; 1519-S:20r; 1531-S:13v.[18]

3. Ant.
VII.i.

 1789.

CHristo quo-tí-di- e * sé-du-lum exhi-bé-bat offí-ci-



um : e-rat e- nim ve-rus De- i cultor. *Ps.* In Dómino confído. (*x.*) [19].

℣. Letámini in Dómino et exultáte justi. [748].

*Lectio prima.*

SEbastiánus vir Christianíssimus, Mediolanénsium pártium civis, Dyocletiáno et Maximiáno imperatóribus ita charus erat, ut principátum ei prime cohórtis tráderent : et suo eum conspéctui jubérent semper astáre. Erat enim vir totíus prudéntie, in sermóne verax, in judício justus, in consílio próvidus, in commísso fidélis, in intervéntu strénnuus, in bonitáte conspícuus : in univérsa morum honestáte preclárus. Hunc mílites ac si patrem venerabántur : hunc univérsi qui préerant palátio charíssimo venerabántur afféctu. Erat enim verus Dei cultor, et necésse erat ut quem Deus perfúderat grátia : ab ómnibus amarétur. Tu autem [Dómine miserére nostri].[19]

AS:365; 1519-S:20r; 1531-S:13v.[20]

1. Resp.
VIII.

 7631.

SE-basti- á-nus * De- i cultor stu-di- ó- se



cu- rá- bat : sub abscónso clá-mi- dis sanc-




*Lectio ij.*

CHristo ígitur quotídie sédulum exhibébat offícium : sed agébat quátenus hoc sacrilégis régibus esset occúltum. Non passiónis timóre pertérritus, nec patrimónii sui amóre constríctus : sed ad hoc tantum sub clámide terréni impérii Christi mílitem tegébat abscónditum, ut Christianórum ánimos quos in torméntis vidébat defícere confortáret : et Deo rédderet ánimas quas diábolus conabátur auférre. Dénique postquam multas mártyrum mentes a timóre passiónis erípuit, et ad corónam perpétue glórie incitávit : ipse quoque quis esset appáruit, quia [14r.] lumen in ténebris látere non pótuit. Tu.

AS:366; 1519-S:20v; 1531-S:14r.

2. Resp. IV.




7633.

7633a.

*Lectio iij.*

CLaríssimis viris, Marcelliáno et Marco duóbus germánis frátribus, pro Christi nómine in vínculis constitútis : quotídie solátium exhibébat. Et tam ipsis quam étiam servis eórum cum quibus tenti fúerant, salutária fidei consília ministrábat : quo fugitíva séculi blandiménta respúerent, et momentánea tormentórum génera non timérent. Qui cum beatíssimi viri verbis acquiéscerent, et vérbera carníficum ánimo perseveránti transírent : capitálem jussi sunt subíre senténtiam, ea scílicet ratióne, ut si eódem moménto quo decollándi erant sacrifíciis consensíssent, paréntibus suis et conjúgibus et fíliis et facultátibus redderéntur. Erant enim non solum ut díximus génere claríssimi viri : sed et facultátibus ditáti. Quorum erat pater Tranquillínus nómine, et mater Mártia vocabátur : qui illos lamentándo sequebántur cum uxóribus

eórum et filiis, nímio enim in suis | nepótibus ducebántur afféctu. Tu.

AS:366; 1519-S:20v; 1531-S:14r.[21]

3. Resp. VIII.

6663.



6663a.

℣. Glória Patri. 95*. †In.

## ℂ *In ij. nocturno.*

AS:366; 1519-S:21r; 1531-S:14r.[22]

4. Ant. I.i.

1245.




te-gé-bat abscóndi- tum : ut De-o rédde-ret á-nimas quas



di- á-bo-lus co-na-bá-tur au-férre. *Ps.* Dómine quis habitabit. (*xiiij.*) [23].

AS:367; 1519-S:21r; 1531-S:14r.[23]

5. Ant. VIII.i.

 1827.

CLa-ríssi-mis * quo-tí- di- e vi-ris Marcel-li- á- no



et Marco su- a-dé-bat pópu-li blandiménta respú- e-re :



et momentá-ne- a tormentó-rum gé-ne-ra non timé-re.



*Ps.* Consérva me Dómine. (*xv.*) [25].

AS:367; 1519-S:21r; 1531-S:14r.

6. Ant. VII.i.

 4844.

SEbasti- á- nus * vir Chris-ti- a-níssi-mus quem oc-



cultá- bat mi-li-tá-ris há-bi-tus : et clámi-dis su- e obum-



brá-bat aspéctus. *Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Exúltent justi [in conspéctu Dei].[24] [195].

*Lectio iiij.*

ACcédens ítaque mater et míseram se clamans, et solúto cápite canos sue senectútis osténtans : in conspéctu eórum vestem qua pectus tegebátur scidit, et cunctis fléntibus ostendébat eis laxis péllibus quas súxerant mammas, et blandiménta que infántie eórum exhibúerat, ululándo láchrymis memorábat. Ista et his simília matre prosequénte : infírmus pater et gravis jam sénio, mánibus addúcitur servulórum, et cígneo cápiti púlverem terre aspérgens, hujúsmodi dabat voces ad celum. Ad mortem ultro proficiscéntibus fíliis, valedictúrus ádveni, ut univérsa que a fíliis sepultúre mee exhibénda paravéram : ego infélix fílios sepultúrus expéndam. O fílii mei báculus senectútis et géminum meórum víscerum lumen, nati felíciter et próspere educáti : excellentíssime memórie et ingénii singuláris, ómnium perítia litterárum liberálium imbúti, que ista repénte insánia vestra voluntáte progénita, mortis vos fecit esse amatóres ? Tu autem.

AS:367; 1519-S:21r; 1531-S:14r.[25]

4. Resp. IV.



6279. CHristo * quo-tí-di- e sé-du-lum exhi- bé-




6279b.

*Lectio quinta.*

IGitur dum hec et tália sénior ágeret, ecce et ambórum cónjuges cum natis própriis véniunt, et aspéctibus eórum próprios infántulos offeréntes : has ejulántes emíttunt voces, Quibus nos servitúras relíquitis ? Quibus conjúgii vestri tráditis charitátem ? Qui putátis erunt horum infántium dómini, et domórum vestrárum avidíssimi pervasóres ? Qui erunt vestre occupatóres famílie, vel qui sibi divisúri sunt vernáculos quos nutrístis ? Heu quam férreo heu quam ímpio crudelitátis génere paréntes despícitis, ámicos respúitis, uxóres abjícitis, fílios abdicátis : et vos ipsos carnífici ultróneos exhibétis.

AS:367; 1519-S:21v; 1531-S:14r.[26]

7922.

7922a.




*Lectio vj.*

INtérea dum ista dicúntur et illa referúntur, inter uxórum láchrymas et suspíria filiórum : cepérunt mílites Christi molléscere, et ánimos suos néctere ad dolórem. Huic spectáculo (ut supérius díximus) intérerat sanctus Sebastiánus vir per ómnia Christianíssimus : quem occultábat militáris hábitus, et clámidis obum- [14v.] brábat aspéctus. At ubi vidit athlétas Dei imménso certáminis póndere fatigári : in médio eórum se objíciens dixit, O fortíssimi mílites, o instructíssimi divíni prélii bellatóres, per

nímiam virtútem fórtiter pervenístis ad palmam, et per mísera blandiménta corónam depónitis sempitérnam ? Discat nunc per vos Christi mílitum fortitúdo, fide pótius armári quam ferro. Erígite ígitur a terrénis aspéctibus trophéum vestri certáminis gloriósi : et nolíte illud amíttere flétibus parvulórum. Isti quos plorántes aténditis : gaudérent hódie si póterant scire quod nostis.

AS:368; 1519-S:21v; 1531-S:14v.[27]

6. Resp. VII. 6643.




6643b.



tum : que et in ce-lis spí-ri-tum tu-um sus-ce-



pé- runt. †Et memo-ri- á- le.

[℣.][28] Glória. 95*. ‡In sécula.

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:368; 1519-S:22r; 1531-S:14v.[29]

5298. 7. Ant. VIII.i.



UT vi-dit * be-á-tus Se-basti- á- nus athlé-tas



De- i imménso certámi-nis pónde-re fa-ti-gá-ri : dix-it,



O fortíssimi mí-li-tes Chris-ti, no-lí-te per mí-se-ra



blandimén- ta co-ró-nas depóne-re sempi- térnas.



*Ps.* Exultáte justi in Dómino. (*xxxij.*) [165].

AS:368; 1519-S:22r; 1531-S:14v.[30]

8. Ant.
VIII.i.




4842.

*Ps.* Benedícam. (*xxxiij.*) [166].

AS:369; 1519-S:22v; 1531-S:14v.[31]

9. Ant.
VIII.i.




3897.

*Ps.* Deus venérunt. (*lxxviij.*) [254].

℣. Justórum ánime [in manu Dei sunt].[32] 4266.

*Lectio septima.*

HIs ígitur duóbus germánis frátribus ad celórum regna per martýrii palmam transmíssis, et multis áliis ad fídei grátiam per beátum Sebastiánum convérsis, beátus tandem Sebastiánus convéntus est : quia ut díximus videbátur sub clámide látere, quod miles esset digníssimus

Christi. Suggéssit de eo preféctus Dyocletiáno imperatóri. Quem Dyocletiánus ad se convócans ait, Ego te inter primes palátii mei semper hábui, et contra salútem meam in deórum injúriam háctenus latuísti ? Sanctus Sebastiánus respóndit, Pro salúte tua semper Christum cólui, et pro statu urbis Románe illum qui in celis est semper adorávi : consíderans a lapídibus auxílium pétere, insáni cápitis esse et vani. Tunc irátus Dyocletiánus, jussit eum duci in médium campum, et ligári quasi signum ad sagittándum : et jussit ut sagittárii eum sagittárent. Tunc posuérunt eum mílites in médium campum et hincínde ita replevérunt eum sagíttis : ut quasi herícius ita esset insútus íctibus sagittárum. Estimántes autem illum mórtuum, abiérunt. Tu autem.

AS:369; 1519-S:22v; 1531-S:14v.[33]

6294. 7. Resp. VII.






6294b.

*Lectio octava.*

TUnc relícto mártyris córpore : quidam zetárius nómine Heréne ábiit nocte ut corpus tólleret et sepelíret. Et invéniens eum vivéntem : addúxit ad domum suam in ínsulam excélsam, ubi manébat ad palátium, et ibi inter[34] paucos dies salútem integérrimam recuperávit in ómnibus membris. Cunque omnes Christiáni ad eum venírent : hortabántur eum abscédere. Ille autem oratióne facta : descéndit. Et stans super gradus Eliogábali : veniéntibus imperatóribus dixit, Iníquis surreptiónibus ánimos impérii vestri templórum pontífices óbsident, suggeréntes de Christiánis falsa comménta, dicéntes eos reos per quos respública meliorátur et crescit : qui pro império vestro et pro salúte Románi exércitus oráre non cessant. Cum hec et ália díceret : Dyocletiánus ait, Tu ne es Sebastiánus, quem nos dudum sagíttis jusserámus interfíci ? Sanctus Sebastiánus respóndit, Ad hoc me Dóminus meus Jesus Christus resuscitáre dignátus est, ut convéniam

et contéster vos coram omni pópulo, injústo judício persecutiónem vestram in Christi fámulos ebullíre.

AS:369; 1519-S:23r; 1531-S:14v.[35]

8. Resp. IV.

6203.




6203a.

*Lectio ix.*

TUnc jussit eum in ypodrómo palátii duci, et tándiu fústibus cedi : quámdiu spíritum exaláret. Tunc tulérunt corpus ejus nocte, et in cloácam máximam misérunt : dicéntes, Ne forte Christiáni eum sibi mártyrem fáciant. Tunc beátus *[15r.]*
Sebastiánus appáruit in somno sancte

Lucíne cuídam matróne religiosíssime dicens, In cloáca illa que est juxta Circum : invénies corpus meum pendens in gumpho. Hoc dum tu levábis : perdúces ad cathacúmbas et sepélies me in inítio cripte, juxta vestígia apostolórum. Tunc beáta Lucína ipsa per se cum servis suis ábiit média nocte, et élevans eum impósuit in pabóne[36] suo et perdúxit ad locum : et [ibi][37] ubi ipse imperáverat cum omni diligéntia sepelívit. Ipsa autem sancta Lucína per trigínta dies a loco ipso sancto non discéssit. Post aliquántos autem annos pax ecclésie est réddita. Que statim ut ecclésia glóriam pacis accépit : domum suam fecit ecclésiam. Cui omnes opes suas ad Christianórum réquiem derelínquens : fecit ipsam ecclésiam herédem in Christo : cui est honor et glória et impérium, in sécula seculórum amen. Tu autem Dómine.

AS:370; 1519-S:23r; 1531-S-S:15r.[38]

9. Resp. VII.




6647.

6647a. 

lun- tá- tis. ℣. Be-á- tus es et be-ne ti-bi e-



rit e- gré-gi- e De- i mar-tyr Se- bas-ti- á- ne.



†Gáu-di- um.

[℣.] Glória. 95*. ‡Et in terra.

℣. *ante laudes.* Justi autem in perpétuum[39] vivent. {591}.

## *In laudibus.*

AS:370; 1519-S:23v; 1531-S:15r.[40]

4839. 1. Ant. I.iii. 

SE-basti- á-nus * De- i cultor stu-di- ó-se cu-rá- bat



sub abscónso clámi-dis sanctó-rum á-nimas confortá-



bat : spem pro-míttens et gló-ri- am cónsequi sempi- térnam.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:370; 1519-S:23v; 1531-S:15r.[41]

2. Ant.
VI.i.




4891.

AS:371; 1519-S:23v; 1531-S:15r.[42]

3. Ant.
I.i.




1244.

AS:371; 1519-S:24r; 1531-S:15r.[43]

5517. 4. Ant. VIII.i.




AS:371; 1519-S:24r; 1531-S:15r.[44]

4798. 5. Ant. I.v.




*Capitulum.* Justórum ánime. *In communi.* [790].

*Hymnus.* Rex glorióse mártyrum. [*In communi.*][45] [771].

℣. Mirábilis Deus [in sanctis suis].[46] [192].

AS:371; 1519-S:24r; 1531-S:15r.[47]

Ant. VIII.ii. 1623.




*Oratio.* Deus qui beátos. *ut supra.* {129}.

℄ *Memoria de sancta Maria.*

## ℄ *Ad j.*

*Ant.* Sebastiánus. *j. de laudibus.* {146}.
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

## ℄ *Ad iij.*

*Ant.* Si ego. *ij. de laudibus.* {147}.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].
*Capitula, ℟. et ℣. de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicantur* [780]. *cum oratione predicta.*

## ℄ *Ad vj.*

*Ant.* Ad hanc vocem. *iij. de laudibus.* {147}.
*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

## ℄ *Ad ix.*

*Ant.* Sanctus Sebastiánus. *v. de laudibus.* {148}.
*Ps.* Mirabília testimónia. (*cxviij.* 129.) [150].

# ℭ *Sancte Agnetis virginis et martyris.*

(*xxj. Januarius.*)

## *Ad* [*primas*] *vesperas.*

*Ant.* Hec est virgo. *In communi.* [877].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum de communi unius virginis et martyris* [*scilicet* Confitébor].[48] [915].

℟. Induit me. *infra iij.* [*de matutinas*].[49] {157}.

*Hymnus.* Vírginis proles. *In communi.* [877].

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *&c.* [886].

AS:371; 1519-S:24v; 1531-S:15r.

1559.





te quem amá-vi, quem que-sí-vi, quem semper op-tá-vi.



*Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus qui infirma mundi éligis, ut fórtia queque confúndas, concéde propícius : ut qui beáte Agnétis [vírginis et][50] mártyris tue solénnia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

## ☙ *Memoria de martyribus Fabiano et Sebastiano.*

AS:372; 1519-S:24v; 1531-S:15r.

Ant. I.v.



sar0035.

E - gré-gi- e * Chris-ti mar-tyr Se-basti- á- ne, prin-



ceps ac pro-pa-gá-tor sanctissi-mó-rum pre-ceptó-rum,



ec- ce nomen tu- um in libro vi-te ce-léstis ascríptum est,



et memo-ri- á-le tu- um non de-re-linqué-tur in sé-



cu-la. S.A.E.

℣. Mirábilis Deus [in sanctis suis].[51] [192].

*Oratio.* Deus qui beátos. *ut supra.* {129}.

℄ *Memoria de sancta Maria.*

## ℄ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Agnum Sponsum. [*in communi*].[52] [887].

*Ps.* Veníte. 13*.

*Hymnus.* Vírginis proles. *In communi.* [879].

## ℄ *In j. nocturno.*

AS:372; 1519-S:25r; 1531-S:15r.

1. Ant. VIII.i.

2251.



O Iscé-de * a me pá-bu-lum mortis : qui- a jam ab á-



li- o ama-tó- re pre-vénta sum. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

AS:372; 1519-S:25r; 1531-S:15r.[53]

2. Ant. VII.ii.

1426.



A - nu-lo su-o sub-arrá-vit me * Dómi-nus me-



us Je-sus Christus : et tanquam sponsam de-co-rá-vit



me co-ró-na. *Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

AS:372; 1519-S:25r; 1531-S:15r.[54]

3. Ant. VII.ii.

 2186.

O Exte-ram me-am et collum me-um cinxit * la-pí-



di-bus pre-ci-ó-sus : trá-di-dit áuri-bus me-is in-estimá-



bi-les marga-rí-tas. *Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Diffúsa est grátia [in lábiis tuis].[55] [886].

*Lectio j. Ambros. serm.* 19.[56]

SErvus Christi Ambrósius : virgínibus sacris.[57] Diem festum sacratíssime vírginis Agnétis celebrémus. Hinc psalmi résonent, inde cóncrepent lectiónes : hinc populórum turbe leténtur, inde sublevéntur páuperes Christi. Omnes
[*15v.*] ergo gratulémur in Dómino : et ad edificatiónem vírginum quáliter passa sit Agnes beatíssima ad memóriam revocémus. Tértiodécimo etátis sue anno, mortem pérdidit et vitam invénit : quia solum vite diléxit Auctórem. Infántia quidem computabátur in annis : sed erat senéctus mentis imménsa. Córpore quidem juvéncula : sed ánimo cana. Pulchra fácie : sed púlchrior fide. Que dum a scholis reverterétur : a prefécti urbis fílio adamátur. Cujus paréntes dum

requisísset et invenísset : cepit offérre plúrima et amplióra promíttere. Dénique détulit secum preciósa ornaménta : que a beáta Agnéto velúti quedam sunt stércora recusáta. Tu autem.

AS:373; 1519-S:25r; 1531-S:15v.[58]

6442. 1. Resp. VIII.

6442b.






*Lectio ij.*

FActúmque est : ut júvenis majóre perurgerétur stímulo. Et putans eam melióra accípere velle ornaménta : omnem lápidum[59] preciosórum secum defert glóriam, et per seípsum et per amícos et notos, cepit aures vírginis appelláre, divítias, domos, possessiónes, famílias, atque delítias omnes mundi promíttere, si consénsum suum ejus conjúgio non negáret. Beáta ígitur Agnes tale fertur júveni dedísse respónsum, Discéde a me fomes peccáti, nutriméntum facinóris : pábulum mortis. Discéde a me quia jam ab álio amatóre prevénta sum : qui michi satis melióra te óbtulit ornaménta, et ánulo fídei sue subarrávit me longe te nobílior, et génere et dignitáte. Ornávit inestimábili dextrochírio dextram meam : et collum meum cinxit lapídibus preciósis. Trádidit áuribus meis inestimábiles margarítas : et circúndedit me vernántibus atque choruscántibus gemmis. Pósuit signum in fáciem meam, ut nullum preter eum amatórem admíttam.

AS:373; 1519-S:25v; 1531-S:15v.[60]

2. Resp.
V.




6436.

6436a.




*Lectio tertia.*

INduit me cíclade auro texta : et imménsis monílibus ornávit me. Osténdit michi thesáuros incomparábiles : quos michi se donatúrum si ei perseveravéro repromísit. Non ergo pótero ad contuméliam prióris amatóris vel álium aspícere et illum derelínquere : cum quo sum depácta charitáte. Amatóris ergo mei generósitas est célsior, possibílitas fórtior, aspéctus púlchrior, amor suávior. Cujus michi orgána modulátis vócibus résonant : cujus michi vírgines dulcíssimis vócibus cantant. Jam mel et lac ex ore ejus suscépi : jam ampléxibus ejus castis astrícta sum. Jam corpus ejus córpori meo sociátum est : et sanguis ejus ornávit genas meas. Cujus mater virgo est : cujus Pater féminam nescit. Cui ángeli sérviunt : cujus pulchritúdinem sol et luna mirántur. Cujus odóre reviníscunt mórtui : cujus tactu confortántur infírmi. Cujus opes nunquam defícient : cujus divítie non decréscunt. Ipsi soli servo fidem : ipsi me tota devotióne commítto. Quem cum amávero casta sum : cum tetígero munda sum, cum accépero virgo sum. Nec déerunt post núptias fílii : ubi partus sine dolóre succédit, et fecúnditas quotidiána cumulátur. Audiens verba beáte Agnétis insaníssimus júvenis amore cárpitur ceco,

et inter angústias ánimi et córporis, anhélo cruciabátur spíritu. Inter hec lecto prostérnitur : et per alta suspíria amor a médicis[61] apéritur. Tu autem Dómine.

AS:373; 1519-S:26r; 1531-S:15v.[62]

3. Resp. VI.




6955.

6955b.

[℣.] Glória. 94*. †Et tanquam.

## ℭ *In secundo nocturno.*

AS:374; 1519-S:26r; 1531-S:15v.

4. Ant. VII.ii.

1790.



CHristus circúnde-dit me * vernánti-bus atque cho-rus-



cánti-bus gemmis pre-ci- ó-sis. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

AS:374; 1519-S:26r; 1531-S:15v.

5. Ant. VII.ii.

3328.



INdu- it me Dómi-nus * cí-cla-de auro texta : et im-



ménsis mo-ní-li-bus orná-vit me. *Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:374; 1519-S:26v; 1531-S:15v.[63]

6. Ant. VII.ii.

4346.



POsu- it signum * in fá-ci- em me- am : ut nul-lum



pre-ter il-lum ama-tó-rem admít-tam. *Ps.* Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

℣. Spécie tua. [567].

*Lectio quarta.*

[*16r.*] Fiunt nota patri quas fúerant invénta a médicis : et eádem patérna voce que fúerant jam dicta a fílio : ad petitiónem vírginis revolvúntur. Abnegat Agnes beatíssima : et se nullo pacto ásserit prióris sponsi fédera violáre. Cunque cognovísset preses hanc Christiánam esse ab infántia, et ídeo díceret Christum sponsum suum : letus effícitur. Et missa apparitióne cum ingénti strépitu : suis eam tribunálibus precépit sisti. Et primum quidem blandis eam sermónibus próvocat : dehinc terróribus pulsat. Sed Christi virgo nec terróre concútitur, nec blandiménto sedúcitur : sed eódem vultu eodémque ánimo persevérans, et terréntem simíliter sicut et blandiéntem ánimo deridébat. Videns Simphrónius preféctus tantam in puélla constántiam, et quia erat nóbilis et vim ei inférre non póterat : títulum ei Christianitátis oppósuit. Sequénti die : Simphrónius preféctus sisti beátam Agnétem íterum suis tribunálibus jussit. Cui et dixit, Superstítio Christianórum nisi a te fúerit segregáta : non póteris equíssimis consíliis prébere consénsum. Unde si tibi perseverántia virginitátis placet : opórtet ut die noctúque dee Veste sacrifíciis venerándis insístas.

AS:374; 1519-S:26v; 1531-S:16r.[64]

4. Resp. VII.




6084.

6084a.




*Lectio v.*

AD hec beáta Agnes respóndit, Si fílium tuum causa amóris Christi, nulla possum ratióne respícere : quómodo possum ad injúriam summi Dei cervíces meas vanis lapídibus inclináre ? Simphrónius preféctus dixit, Cúpio consúltum prébere infántie tue. Beáta Agnes respóndit, Noli infántiam corporálem ita in me despícere : ut putes me te velle habére propícium. Fides enim non in annis, sed in sénsibus géritur : et Deus omnípotens mentes magis cómprobat quam etátes. Sed quóniam te ad hoc vídeo téndere, quod impetráre non póteris : quicquid tibi vidétur exérce. Simphrónius preféctus dixit, Elige tibi Agnes unum e duóbus, aut cum virgínibus dee Veste sacrífica : aut cum meretrícibus scortáberis in contubérnio lupanári. Tunc beáta Agnes cum ingénti

constántia dixit, Si scires quis est Deus meus : non ista ex ore tuo proférres. Unde quia novi ego virtútem Dómini mei Jesu Christi : secúra contémno minas tuas. Mecum enim hábeo custódem córporis mei : ángelum Dómini. Nam unigénitus Dei Fílius quem ignóras murus michi est inexpugnábilis, et custos mei est, nunquam dórmiens : defénsor michi est nunquam defíciens. Ad hec insánus judex jussit eam expoliári : et nudam ad lupánar duci. Statim autem ut expoliáta est, crine solúto tantam densitátem capíllis ejus grátia divína concéssit : ut eórum mélius fímbriis viderétur quam véstibus tecta.

AS:375; 1519-S:26v; 1531-S:16r.[65]




7141.

7141a.

*Lectio sexta.*

INgréssa ígitur Agnes turpitúdinis locum, ángelum Dómini illic ita preparátum invénit : ut circundáret eam imménso lúmine, ita ut nullus posset eam pre splendóre nec contíngere nec vidére. Fulgébat enim tota cella illa : quasi rádians sol in virtúte sua. Et quanto quis curiósior esse óculis voluísset : tanto sui visus áciem obtundébat cláritas divína.

Cumque se in oratiónem Dómino prostravísset : appáruit ante óculos ejus stola candidíssima, et apprehéndens eam índuit se et dixit, Grátias tibi ago Dómino Jesu Christe : qui me in número ancillárum tuárum cómputans, vestem hanc michi largíri precepísti. Intérea lupánar locus efficitur oratiónis : in quo omnis qui fuísset ingréssus adoráret, et venerarétur, et dans honórem imménso lúmini múndior egrederétur foras quam fúerat introgréssus. Cumque hec ageréntur : prefécti fílius qui auctor erat scéleris, venit ad locum cum sodálibus suis juvénibus, quasi insultatúrus puélle, et locum in quo virgo orábat ingréssus est audácter. Et videns tantum lumen circa eam, non dedit honórem Deo, sed írruens in ipsum lumen, priúsquam vel manu eam contíngeret, cecídit in fáciem [16v.] suam : et prefocátus a diábolo expirávit. Ingrédiens autem unus ex juvénibus qui ei familiárior erat, quasi congratulatúrus insultatióni ejus : exclamávit voce magna dicens, Piíssimi Románi succúrrite. Mágicis ártibus ista méretrix prefécti fílium interfécit. Fit repénte concúrsus populórum ad theátrum : et vária furéntis pópuli acclamátio.

AS:375; 1519-S:27r; 1531-S:16v.[66]

6992. 6. Resp. VIII.





‡Ip-si me to- ta de-vo-ti- óne com- mít- to.



V. Dextram me- am et collum me- um cinx-it la-pí- 6992b.



di-bus pre-ci- ó- sis : trá-di-dit áuri-bus me- is in-estimá-



bi-les marga-rí- tas. †Ip- si so-li.

[V.] Glória Patri. 95*. ‡Ipsi me.

## In tertio nocturno.

AS:375; 1519-S:27v; 1531-S:16v.

7. Ant.
I.iii.



MEl et lac * ex e-jus o-re sus-cé-pi : et san- guis 3734.



e- jus orná-vit ge-nas me- as. *Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

AS:376; 1519-S:27v; 1531-S:16v.[67]

8. Ant.
II.i.



CU-jus pulchri-tú-di-nem * sol et lu-na mi-rantur : 1968.



ipsi so- li servo fi-dem. *Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:376; 1519-S:27v; 1531-S:16v.[68]

3406. 9. Ant. I.viii.



I P-si so- li * servo fi- dem : ipsi me to-ta de-



vo-ti- óne commítto. *Ps.* Cantáte *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Adjuvábit [eam Deus vultu suo].[69] [574].

*Lectio vij.*

AUdiens preféctus fílium suum interiísse : cum ingénti tumúltu et luctu venit ad théatrum. Et ingréssus locum in quo corpus fílii sui jacébat exánime : cum ingénti clamóre dicébat beatíssime vírgini, Crudelíssima ómnium feminárum, ad fílium meum voluísti apodíxem artis tue mágice demonstráre ? Et cum hujuscémodi verba multa repéteret : ait ad eum beatíssima Agnes, Ille cujus voluntátem volébat perfícere : ipse in eum potestátem accépit. Dixit quoque beáta Agnes ad júdicem, Ecce qui ad me ingréssi sunt sani sunt, quia univérsi dedérunt honórem Deo, qui michi ángelum suum misit, qui et índuit me hoc induménto misericórdie, et custodívit corpus meum, quod ab ipsis cunábulis Christo consecrátum est et oblátum. Vidéntes enim splendórem angélicum, adorábant omnes : et abscedébant illési. Hic autem ímpudens statim ut ingréssus est : sevíre cepit et frémere. Cumque manum suam ad contingéndum me aptáret : dedit eum ángelus Dómini in réprobam mortem. Dixit ei preféctus, In hoc apparébit quia non ista mágicis ártibus gessísti : si deprecáta fúeris ipsum ángelum ut restítuat michi fílium meum sanum.

Cui beáta Agnes dixit, Licet fides vestra hoc non mereátur : tamen quia tempus est ut virtus Dómini mei Jesu Christi manifestétur, egredímini omnes foras. Cunque univérsi fuíssent egréssi : prostérnens se in fáciem plorans rogáre cepit Dóminum ut júvenem suscitáret.

AS:376; 1519-S:27v; 1531-S:16v.[70]




*Lectio octava.*

ORánte autem beáta Agnéte : appáruit ángelus Dómini qui et elevávit eam flentem, et confórtans ánimam ejus, júvenem suscitávit. Qui

egréssus foras : cepit voce pública clamáre et dícere, Unus Deus in celo et in terra et in mari : qui est Deus Christianórum. Nam ómnia templa vana sunt. Dii qui colúntur omnes vani sunt : et pénitus nec sibi possunt nec áliis áliquod auxílium exhíbere. Ad hanc vocem omnes arúspices et templórum pontífices conturbántur, et fit per eos veheméntior quam fúerat sedítio populórum : atque omnes una voce clamábant, Tolle maleficam : que et mentes mutat, et ánimos aliénat. Preféctus autem videns tanta mirabília obstúpuit : sed véritus seditiónem si contra pontífices templórum ágeret, et Agnétem contra suas senténtias defensáret : vicárium ad seditiónem pópuli júdicem derelíquit. Ipse autem tristis abscéssit : eo quod non pótuit eam post resurrectiónem sui filii liberáre. Vicárius autem prefécti, pópuli seditiónem non ferens, jussit in conspéctu ómnium ignem copiósum accéndi : et in médio flammárum beátam vírginem precépit jactári. Quod cum fuísset implétum, statim in duas partes divíse sunt flamme, et hinc atque illinc seditiósos pópulos exurébant. Ipsam autem : pénitus in nullo contingébat incéndium.

AS:376; 1519-S:28r; 1531-S:16v[71]

7318. 8. Resp. II.



7318b.




*Lectio ix.*

TUnc beáta Agnes : expándens manus suas in médio ignis : his verbis oratiónem fudit ad Dóminum, Omnípotens, adoránde, treménde,
[*17r.*] colénde, Pater Dómini nostri Jesu Christi, benedíco te : quia per Fílium tuum evási minas hóminum impiórum, et spurcítias diáboli immaculáto calle transívi. Benedíco te Pater predicánde : qui étiam inter flammas intrépidam me ad te veníre permíttis. Ecce jam quod credídi vídeo, quod sperávi jam téneo : quod cupívi compléctor. Te confíteor lábiis : te corde, te totis viscéribus concupísco. Ecce ad te vénio vivum et verum Deum : qui cum Dómino nostro Jesu Christo Fílio tuo : et cum Spíritu Sancto vivis et regnas modo et semper et in cuncta sécula seculórum. Cunque beáta virgo complésset oratiónem, ita omnis ille copiósus ignis extínctus est : ut nec tepor quidem incéndii remanéret. Tunc Paschásius urbis Rome vicárius, pópuli seditiónem non ferens, precépit in gútture ejus gládium mergi : atque ex hoc ictu, sánguinis sui róseo rubóre perfúsam Christus sibi sponsam et mártyrem consecrávit. Paréntes vero ejus nullam pénitus tristíciam habéntes : cum omni gáudio abstulérunt corpus ejus, et posuérunt illud in prédio suo non longe ab urbe via que dícitur Numentána. Dum vero paréntes ejus assíduis pernoctatiónibus vigilárent ad túmulum ejus : vident in médio noctis siléntio exércitum vírginum, que omnes auro textis cicládibus indúte, cum ingénti lúmine pretéribant. Inter quas vident étiam beatíssimam Agnétem símili veste fulgéntem : et ad déxteram ejus stabat Agnus nive candídior. Beáta virgo Agnes stans : paréntibus suis dixit, Vidéte ne me quasi mórtuam lugeátis, sed congaudéte michi atque congratulámini :

quia[72] cum his ómnibus lúcidas sedes accépi. Et illi sum juncta in celis, quem in terris pósita tota devotióne diléxi. Et his dictis pertránsiit. Tu.

AS:377; 1519-S:28r; 1531-S:17r.

7697. 9. Resp. III.




[℣.] Glória. 93*. †Christus.

## [*Ante laudes.*]

℣. Ora pro nobis beáta Agnes. 362.

## ℭ *In laudibus.*

AS:377; 1519-S:28v; 1531-S:17r.[73]

3337. 1. Ant. VII.ii.





Dómi-ni pre-pa-rá-tum invé-nit. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:377; 1519-S:28v; 1531:17r.

2. Ant. VII.ii.



ME-cum e-nim ha-bé-o * custódem córpo-ris me- i 3729.



án-ge-lum Dómi-num. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:377; 1519-S:28v; 1531-S:17r.

3. Ant. VII.ii.



IP-si sum desponsá-ta * cu- i ánge- li sérvi- unt : 3407.



cu-jus pulchri-tú-di-nem sol et lu-na mi-rántur.



*Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:377; 1519-S:28v; 1531-S:17r.

4. Ant. VIII.i.



BEne-dí-co te * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Chris-ti : 1703.



qui- a per Fí-li- um tu- um ig-nis extínctus est a lá-te-re me-o.



*Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:377; 1519-S:28v; 1531-S:17r.[74]

1886. 5. Ant. VIII.i.



COngaudé-te * me-cum et congra-tu-lámi-ni :



qui- a cum hiis ómni-bus lú-ci-das se-des ac-cé-pi.



*Ps.* Laudáte. (*cxlviij-cl.*) [49].

*Capitulum de communi* [*unius virginis et martyris*].[75] [877].

*Hymnus.* Jesu coróna. *In communi.* [904].

℣. Adducéntur. [933].

AS:378; 1519-S:29r; 1531-S:17r.[76]

5017. Ant. I.ii.



STans be- á-ta Agnes * in mé-di- o flamme expán-




*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. *ut supra.* {151}.

*Memoria de sancta Maria.*

## ℂ *Ad j.*

*Ant.* Ingréssa. *j. de laudibus.* {168}.
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

## ℂ *Ad iij.*

*Ant.* Mecum enim. *ij. de laudibus.* {169}.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].
*Capitula, ℟. et ℣. de communi unius virginis et martyris ad omnes horas dicantur* [912]. [*cum oratione predicta*].[77]

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Ipsi sum. *iij. de laudibus.* {169}.
*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Congaudéte. *v. de laudibus.* {170}.
*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

# ℂ [*In natali*][78] *sancti Vincentii martyris.*

(*xxij. Januarius.*)

## *Ad* [*primas*] *vesperas.*

*Super psalmos feriales ant.* Iste sanctus. [*in communi*].[79] [679].

*Capitulum* [*unius martyris*].[80] Beátus vir qui suffert. [680].

℟. Lévita Vincéntius. [*iij. de matutinas*].[81] *Quod a duobus in superiori gradu cantetur.* {179}.

*Hymnus.* Martyr Dei. *In communi.* [681].

℣. Glória et honóre. [687].

AS:378; 1519-S:29r; 1531-S:17r.

4677. Ant. VIII.i.




*Oratio.*

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus : beáti Vincéntii mártyris tui intercessióne liberémur. Per Dóminum.

## Memoria de sancta Agnete.

AS:378; 1519-S:29v; 1531-S:17r.[82]

Ant. IV.iii.




2539.







℣. Adducéntur. [933].

*Oratio.* Omnípotens sempitérna Deus. {151}.

*Memoria de sancta Maria.*

## Ad matutinas.

AS:378; 1519-S:29v; 1531-S:17r.[83]

Invit. I.




1184.





cén- ti- us. *Ps.* Ve-ní-te. 4*.

*Hymnus.* Martyr Dei. [*in communi*].[84] [682].

## In primo nocturno.

AS:379; 1519-S:29v; 1531-S:17r.[85]

4804. 1. Ant. I.i.



SAnctus Vincén-ti- us * a pu- e-rí-ci- a stú-di- is li-te-



rá-rum trá-di-tus : su-pér-na si-bi pro-vi-dénte cle-mén-



ci- a, gémi-na sci- énci- a effi-ca-císsime clá-ru- it.



*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

AS:379; 1519-S:29v; 1531-S:17r.[86]

4759. 2. Ant. II.i.



SAncti-tá- te * quoque insígnis dy- a-có-ni- i



ar- ce suscépta : vi-ces pontí-fi-cis di-li-gén-ter ex- e-



que-bá-tur. *Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

AS:379; 1519-S:29v; 1531-S:17r.[87]

3. Ant. III.i. 5314.



VA-lé- ri- us í-gi-tur * e-písco-pus et lé-vi- ta Vin-



cénti- us spe fru- éndi vic-tó-ri- a di-ví-ni-tus subníx-i :



in confessi- ó-ne De- i- tá- tis a-lácri-ter cu-cur-ré-runt.



*Ps.* Dómine quid multiplicáti. (*iij.*) [13].

℣. Glória et honóre. [687].

*Lectio prima.*

[*17v.*] SAnctus Vincéntius a pueritia stúdiis litterárum tráditus : supérna providénte cleméntia que sibi eum providébat vas electiónis futúrum, gémina sciéntia sub beáto Valério Cesar Augúste[88] civitátis antístite, efficacíssime cláruit. A quo étiam sanctitáte insígnis dyacónii arcem suscépit. Cum ígitur apud Cesar Augústam[89] civitátem

Daciáno cuídam présidi gentíli ac sacrilégo, a dóminis et princípibus suis, Dyocleciáno vidélicet et Maximiáno, seviéndi in Christiános sorte[90] occásio cecidísset : epíscopos ac presbýteros ceterósque sacri órdinis minístros spíritu nequície exagitátus, rapi precépit. Prótinus ergo Valérius epíscopus et Vincéntius archidyáconus fídei soliditáte et spe fruéndi victória subníxi, in confessióne Deitátis alácriter cucurrérunt : tanto felicióres futúros se esse credéntes, quanto acrióra tyránni supplícia pia longanimitáte certássent evíncere. Unde certáminis ac penárum dilátio : remuneratiónis eis videbátur diminútio.

AS:379; 1519-S:30r; 1531-S:17v.[91]

7558. 1. Resp. VII.




7558a.



su-e ve-ne-rándo tri- úmpho : an- ge-ló-rum cé-ti-bus



co-mi- tá- tus. †Insígnem.

*Lectio secunda.*

DAciánus ergo judex, sanctos Dei primo Valéntiam sub carcerálem custódiam et famis misériam ac cathenárum stridórem pértrahi precépit : ut eos vexatióne itíneris frángeret, faciliúsque subígeret injúria, quos vidébat non posse superári de pena. Qui cum mánibus et cervícibus imménsa póndera ferri sustinérent, et per omnes artus jam tunc mortis supplícia pateréntur : cumque jam defecísse eos créderet jugi injúria, et tándiu a pública conversatióne seclúsos nec córpore prevalére nec spíritu, timens ne sevície sue damna paterétur, prodúci e cárcere jussit, nolens eos ante torménta vitam finíre. Quibus proponébat quod nec mórtuis párceret : si deórum suórum cultúram recípere renuíssent. Hinc pavefáctus Daciánus ad conspéctum eórum, quod intégri córpore et víribus essent, et inter supplícia fortióres : ait suis, Ut quid istis inquit largióri pastu indulsístis et potu ? Mirabátur enim furóre cecus, robustióres esse quos Deus páverat. Convérsus ítaque Daciánus ad epíscopum : Quid agis inquit tu Valéri, qui sub nómine religiónis contra príncipes facis ? Nescis, quia qui regália decréta spernunt, de vita periclitántur.

AS:380; 1519-S:30v; 1531-S:17v.[92]

2. Resp. I.

 7621.

SAnctus * Vincén-ti- us Chris-ti mar-

7621a.




*Lectio tertia.*

JUssérunt dómini orbis et príncipes : ut diis libámina persolvátis. Unde quod monémus obsequénter atténde : quátenus tuo exémplo fácile inferióres suscípiant, quod te qui religiónis hujus cérneris esse epíscopus, víderint non sprevísse. Sed et tu Vincénti verbis meis salúbriter obáudi : quem et nobílitas géneris, et decor comméndat gratíssime juventútis. Itaque vestre diffinitiónis senténtiam in commúne edícite : ut aut consentiéntes honóribus amplificémini, aut contemnéntes

tormentórum supplíciis subdámini. Cumque reticéret epíscopus (erat enim mire simplicitátis et innocéntie, erúditus sciéntia sed impeditióris lingue : ) ait ei Vincéntius, Si jubes pater : respónsis júdicem aggrédiar. Et beátus Valérius, Dudum inquit fili charíssime divíni verbi curam tibi commíseram : sed et nunc pro fide qua astámus respónsa commítto. Beátus ergo Vincéntius (cujus jam mens tota coróne cónscia erat) convérsus ad Daciánum : Háctenus inquit hábitus a te sermo de negánda fide perorávit. Sed nephárium apud Christianórum prudéntiam esse cognósce : Deitátis cultum abnegándo blasphemáre. Et ne te lóngius protráham : profitémur nos Christiáne religiónis esse cultóres, et unius ac veri Dei permanéntis in sécula, fámulos et testes. In ejus nómine contra exquisíta calliditátis tue arguménta, spirituália constánter arma pugnatúri excépimus : minas et supplícia non metuéntes, sed pótius mortem pro veritáte libentíssime amplecténtes.

AS:380; 1519-S:30v; 1531-S:17v.[93]

3. Resp. I. 7090.




[18r.]



quo- que pro fi-de qua astá- mus respón- sa

7090a.



com- mít- to. ℣. Ti-bi e-nim gémi-



na sci- énci- a pollén-ti ac su-pér-ni amó-ris igne fer-



vén-ti : ce- léstis o-lim doctrí-ne mi-nisté-ri- um de- le-



gá- vi. †Nunc quo- que.

[℣.] Glória Patri. 93*. †Nunc quoque.

## ℭ *In secundo nocturno.*

AS:381; 1519-S:31r; 1531-S:18r.

5109. 4. Ant. IV.i.



TAnto namque * fe-li-ci- ó-res se es-se cre-dé-bant :



quan-to ampli- ó- ra ty-rán-ni supplí- ci- a pi- a longami-




AS:381; 1519-S:31r; 1531-S:18r.[94]

5. Ant. V.ii.




3610.







AS:381; 1519-S:31r; 1531-S:18r.[95]

6. Ant. VI.




3473.







℣. Posuísti Dómine [super caput ejus].[96] [694].

*Lectio iiij.*

JAmque pre ira pene extra se pósitus Daciánus preses : dixit, Amovéte hinc epíscopum istum. Justum est enim eum subíre exílium : quóniam imperiále contémpsit edíctum. Gravióribus autem hunc rebéllem qui in contuméliam públicam venit : exhibéte torméntis. Animositáti enim ejus vídeo inferénda esse supplícia majóra : quia quicquid sibi accessúrum est pro pena, ipse presúmit ad glóriam. Dixit ergo Daciánus, Applicáte Vincéntium ad equúleum : membris disténdite et toto córpore dissipáte. Hanc penam ante ipsa torménta sustíneat. Inter hec Daciánus preses dixit, Quid dicis Vincénti ? Vel ubi cónspicis jam tuum miserábile corpus ? At ille Dei preséntia roborátus : alácri vultu respóndit, Hoc est quod semper optávi : hoc est quod votis ómnibus exquisívi. Nemo michi amicítior : nemo familiárior fuit. Tu solus máxime votis meis concórdas. Ecce jam in sublíme agor : et ipsos príncipes tuos século áltior tyránne despício. Nolo glóriam meam mínuas : nec damna ínferas laudi. Parátus est Dei servus : ad ómnia torménta pro Salvatóris nómine sustinénda. Insúrge ergo et toto malignitátis spíritu debacháre : vidébis me Dei virtúte plus posse dum tórqueor, quam possis ipse qui torques.

AS:381; 1519-S:31v; 1531-S:18r.[97]

6595. 4. Resp. IV.






6595a.

*Lectio quinta.*

Cum ergo diu sanctus Dei flagellarétur : tandem cessávere torti carnífices, et defatigáta lictórum manus dum per sancti látera pendet victa defécit. Expálluit torquéntium vultus, fórtium robur emárcuit, anhélum fessis pectus intrémuit : ut putáres eos pótius in torméntis sancti mártyris torquéri. Exánguis et ipse Dácianus : péctore treménti, torvis et minácibus óculis, clamáre milítibus cepit, Quid ágitis ? Non enim agnósco manus vestras. Rimétur ácrior úngula íntima costárum : et dolor interióra pénetrans, gémitum réddere fáciat non contémptum. Tunc dénuo

subrídens Vincéntius dyáconus dixit, Hoc est sane quod légitur : quia vidéntes non vidébunt, et audiéntes non intélligent. Dóminum enim Christum confíteor altíssimi Fílium Patris : única únicum. Ipsum cum Patre et Spíritu Sancto solum Deum esse protéstor. Quia ergo que vera sunt fáteor : negáre me ásseris. Sed torque diútius confiténtem, nichílque de supplíciis mínuas : ut in ómnibus te victum esse fateáris.

AS:382; 1519-S:31v; 1531-S:18r.[98]

6133.




6133a.



scén- dit. †Mo-ras.

*Lectio sexta.*

ET Daciánus preses nímia fervens insánia, áciem lúminum in solum corpus beáti mártyris figébat : profluéntem non jam a solis latéribus, sed a toto córpore sánguinem cernens. Erant enim víscerum intérna patefácta. Nam junctúras e compágibus divérsitas tormentórum separáverat. Post hec Daciánus ait, Transferátur hic ad legítimam questiónem : ac percúrrat molestióra torménta. Víncere me iste non potest dum vivit. Vincéntius respóndens, O felícem me inquit. Iste mine tue : ad laudem et glóriam michi sunt. Hinc ex equúleo assúmptus lévita Vincéntius, atque ad ignis patíbulum raptus : tortóres suos pene prevéniens, moras carníficum arguéndo, ad penam alácriter properábat. Jam enim truculéntus minístrer proférri lectum cum ferrátis jússerat costis : et áddita subter carbónum congérie, exuréndum Dei mártyrem applicári. Intrépidus ítaque Dei athléta : candéntis ferri máchinam ultro conscéndit. Sanctus ergo Dei torquétur, flagellátur, exúritur : et disténsis membris crescit ad penam. Inséritur [*18v.*] quoque péctori et membris depréssa aspéritas laminárum : et decurrénte inter ipsas candéntis ferri ácies liquóre, stridens flamma arvína respérgitur. Vúlnera vulnéribus inflingúntur : torméntis torménta desérviunt.[99] Salis ígnibus sparsim crepitántes minútie : per membra dissíliunt. Et non jam ad artus tantum, sed ad ipsa víscerum ábdita : suppliciórum tela jaciúntur. Et quóniam íntegri córporis pars nulla supérerat : que primum fúerat plaga[100] illáta, jam et ipsa renovátur.

AS:382; 1519-S:32r; 1531-S:18v.[101]

6. Resp. I. 6277.



CHris-ti mi- les * glo-ri- ó- sus lé- vi- ta Vin-


céntius Ut tribúnal sponte rogum conscén-
dit intrépidus. †Cujus salis crepitántis
per corpus minútie Sparsim ibant atque
prune. ‡Vernabántur sán-
6277a. guine. ℣. Inter hec manet immótus ille Dei fámu-
lus, Orans Christum in sublíme eréctis lumíni-
bus. †Cujus. ℣. Glória Patri et Fílio : et Spi-
rítui Sancto. ‡Vernabántur.

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:383; 1519-S:32v; 1531-S:18v.[102]

7. Ant. VII.i.



1671.

BE-á-tus Vincénti- us * cu-jus jam mens cónsci- a e-



rat co-róne : dix-it Da-ci- á-no, Hácte-nus a te há-bi-tus ser-



mo de ne-gánda fi-de per-o-rá-vit. *Ps.* In Dómino confído. (*x.*) [19].

AS:383; 1519-S:32v; 1531-S:18v.[103]

8. Ant. VIII.i.



3868.

NEphá- ri- um * tamen a-pud Chris-ti- a-nó-rum pru-



dén-ti- am es-se cognósce : de- i- tá-tis cul- tum abne-gán-



do blasphemá-re. *Ps.* Dómine quis habitábit. (*xiiij.*) [23].

AS:383; 1519-S:32v; 1531-S:18v.[104]

4390. 9. Ant. I.i.




*Ps.* Dómine in virtúte. (*xx.*) [38].

℣. Justus ut palma. [699].

*Lectio vij.*

INter hec manet Dei servus immótus : et eréctis in celum lumínibus Dóminum precabátur. Intérea Daciánus recurréntibus milítibus suis : de Vincéntio quid ágeret, quid díceret inquirébat. Renunciátur ab afflíctis et pre labóre pene meréntibus, percurrísse illum univérsa supplícia hýlari vultu : spíritu fortióri, et pertináci magis eum professióne quam céperat Christum Dóminum confitéri. Turbátus Daciánus preses, ait suis, Quérite locum tenebrósum : perpetuáque nocte damnátum. Ibi fragménta testárum exasperáta passim congérite : ut quicquid jacéntis córporis male incísa fractúra tetígerit, illimátis infígat acúleis. Divaricátis pretérea et disténsis crúribus : ligno pedes ejus constríngite. Inde clausum relínquite in ténebris. Nullus ibi hóminum relinquátur. Clausa et obserráta sint ómnia. Mox minístri, Dei athlétam fortíssimum horréndo reclúdunt ergástulo. Sed cum prima quies advenísset : quod Daciánus pro pena intúlerat, divínitus commutátur in glóriam. Cárceris illíus nox : etérnam accépit lucem. Flagrant cérei ultra solis fulgórem radiántes : laxatúmque ligni robur dissíluit, ac testárum aspéritas fit florum redo-

léntium jocúnditas. Quibus Dei invictíssimus athléta reféctus : psalmum Dómino et hymnum dicens letus exultábat.

AS:383; 1519-S:33r; 1531-S:18v.[105]

6201.




6201a.







*Lectio octava.*

HOrríbilis ígitur solitúdo cárceris angélica relevátur frequéntia. Quorum catérva vallátus martyr egrégius : venerándo fovebátur obséquio, et mulcebátur allóquio. Agnósce ínquiunt o Vincénti invictíssime : pro cujus nómine fidéliter decertásti. Ipse tibi corónam preparátam servat in celéstibus : qui te victórem esse fecit in penis. Esto ígitur jam secúrus de prémio : quia mox depósito carnis ónere, nostro addéndus eris collégio. Dantur ergo laudes Deo altíssimo : et resonánte órgano vocis angélice, moduláta suávitas procul diffúnditur. Turbáti vero custódes, clausas fores ádeunt : et introspiciéntes Deitátis minístros choruscáre conspíciunt. Qui mox divíno terróre atque respéctu compúncti : relícto gentilitátis erróre, Christiáne religióni fidéliter sese dédere. Vénerat et multitúdo vicína fidélium, dudum de ipsíus mesta supplíciis : sed jam de concéssa célitus glória alácris. Quibus beátus Vincéntius dixit, Nolíte timére : laudésque Dei contemnéndas nolíte putáre. Renunciétur ergo Daciáno, qua pérfruor luce. Ad hanc ergo renunciatiónem térritus Daciánus : in hec verba prorúpit, Et quid ámplius faciémus ? Victi sumus. Referátur ítaque ad lectum corpus : stramen- [*19r.*] tísque mollióribus foveátur.

AS:384; 1519-S:33v; 1531-S:19r.[106]

6064. 8. Resp. I.






6064a.

*Lectio nona.*

Nolo enim eum gloriosiórem fácere : si inter torménta defécerit. Indúlta pauxíllum réquies attríta penis membra refóveat : ut dénuo novis et exquisítis supplíciis innovátus, et ipse subdátur. Verum Daciáno ínániter tractánte de supplício : Christus cleménter dispónit de prémio. Delátus namque martyr Dei ad léctulum : mox preciósam resolútus in mortem, celo spíritum réddidit. Vidéres circunstántium frequéntiam sancti vestígia certátim deosculánda prolámbere : vúlnera

totíus láceri córporis pia curiositáte palpáre, sánguinem líntheis excípere, sacra veneratióne pósteris futúrum. Cógnito ígitur abscéssu beáti mártyris : jam victus atque confúsus Daciánus dixit, Si non pótui superáre vivéntem : púniam vel defúnctum. Satiábor nunc de pena : et si michi non pótuit proveníre victória. Projícite illum in apértum campum : ut cadáver ejus a feris et ávibus pénitus consúmptum, non compáreat. Expósitum ergo ad supplícia sine tégmine venerábile corpus : angélicis rursum excúbiis venerátur. Et puto ob hoc divíno instínctu humána negáta esse obséquia, ut divína non deésse aliquátenus viderétur custódia, ut divínis clarescéntibus miráculis, Christi miles post mortem quoque ostenderétur invíctus : quem nulla unquam supplícia potuérunt devíncere. In die enim sui certáminis non est a pio Dómino destitútus : qui dedit illi caput antíqui serpéntis conterére, dum fidéliter stúduit in mandátis ejus decertáre.

AS:384; 1519-S:33v; 1531-S:19r.[107]

sar0658. 9. Resp. I.





pre-ci- ó- sam in mor- tem re-so-lú- tus. ‡Réd- di-dit

 sar0658a.

ce-lo spí- ri- tum. ℣. Da-ci- á- no frustra



co-gi-tánte de supplí-ci- o : be-nígnus De-us pi- e dis-



pó-nit de pré- mi- o. †Mox ergo. ℣. Gló-ri- á- Pa-



tri et Fí-li- o : et Spi- rí-tu- i Sancto. ‡Réd- di-dit.

## [*Ante laudes.*]

℣. Ora pro nobis. [530].

## ☾ *In laudibus.*

AS:385; 1519-S:34r; 1531-S:19r.[108]

1. Ant. I.v.  1504.

A- S- súmptus * ex equú- le-o lé-vi- ta Vincénti- us at-



que ad pa-tí-bu-lum raptus : mo-ras carní-fi-cum argu- én-



do ad pe-nam a-lácri-ter prope- rá-bat. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:385; 1519-S:34v; 1531-S:19r.[109]

3386. 2. Ant. I.i.



INtré-pi-dus í-taque * candéntis ferri má-chi-nam



ul-tro conscéndens, ac ma-nens immó- tus, e-réctis in ce-lum



lu-mí-ni-bus, Dómi-num pre-ca-bá-tur. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:385; 1519-S:34v; 1531-S:19r.[110]

3072. 3. Ant. IV.i.



HInc horrén-do * cárce-ris clau-sus ergás-tu-lo De- i



athlé- ta : ange-ló- rum ve-ne-rán-do fo-ve-bá-tur ob-



séqui- o et mulce-bá- tur al-lóqui- o. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].[111]

AS:386; 1519-S:34v; 1531-S:19r.

4. Ant. III.iv.

 1310.

AGnósce * o Vincénti invic- tí- sime, qui- a pro cu-



jus nómi-ne fi-dé-li-ter de-certásti : ipse ti-bi co-ró- nam



pre-pa- rá- tam servat in ce- lésti-bus. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:386; 1519-S:34v; 1531-S:19r.[112]

5. Ant. VIII.i.

 2098.

CAntur * ergo laudes De-o al-tís-simo : et re-so-



nánte órga-no vo-cis angé-li-ce, modu-lá-ta su- á-vi- tas



pro-cul dif-fúndi-tur. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij-cl.*) [49].

*Capitulum de communi unius martyris.* [680].

HS:144v; 1519-S:35r; 1531-S:19r.[113]

sar0811. Hymn. II.



CHris-ti mi-les glo-ri- ó-sus * lé-vi-ta Vincénti- us,



Ut tri-bú-nal sponte ro- gum, conscéndit intré-pi-dus :



Cu-jus sa-lis cre-pi-tántis, per corpus mi- nú-ti- e.



2. Sparsim i-bant atque pru-ne verne-bántur sángui-ne :



Inter hec ma-net immó- tus il-le De- i fámu-lus,



O-rans Christum in sublíme e-réctis lu-mí-ni-bus.



3. Gló-ri- a et honor De-o, úsquequo Altíssimo, Una Pa-



tri Fi-li- ó-que, íncli-to Pa-rá-cli-to : Cu- i laus est et



po-téstas, per e-térna sé-cu-la. A-men.

℣. Justus germinábit [sicut lílium].[114] [723].

AS:386; 1519-S:35r; 1531-S:19r.[115]

Ant. VIII.iv.



E - gré-gi- us * De- i martyr Vincénti- us di-ris tor- 2618.



mentó-rum supplí- ci- is pro Chris-to a-lá-cri- ter su- pe-



rá-tis, ac fe- lí-cis pugne a-gó-ne constánter replé-to, tan-



dem pre-ci- ó-sam re-so-lú-tus in mor- tem ce-lo tri- úm-



phans spí-ri-tum réddi-dit. *Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.* Adésto Dómine. *ut supra.* {172}.

*Memoria de sancta Maria.*

## ℂ *Ad j.*

*Ant.* Assúmptus. *j. de laudibus.* {193}.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

## ℂ *Ad iij.*

*Ant.* Intrépidus. *ij. de laudibus.* {194}.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitula,* ℟. [*et*][116] ℣. *de communi* [*unius martyris*][117] *ad omnes horas dicantur* [725]. *cum oratione predicta.*

## ℂ *Ad sextam.*

*Ant.* Hinc horréndo. *iij. de laudibus.* {194}.

*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Dantur. *v. de laudibus.* {195}.

*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

## ℂ *Ad vesperas.*

*Ant.* Assúmptus. *j. de laudibus.* {193}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum de communi unius martyris.* [680].

*Hymnus.* Christi miles. *ut supra.* {196}.

℣. Justus germinábit [sicut lílium].[118] [723].

AS:386; 1519-S:35v; 1531-S:19r.

1670. Ant. III.i.



B E-á-tus Vincén- ti- us * appli-cá-tus torméntis




*Oratio.* Adésto Dómine supplicatiónibus. [*ut supra.*][119] {172}.

*Memoria de sancta Maria.*

# ℂ *In conversione sancti Pauli apostoli.*

(*xxv. Januarius.*)

## *Ad* [*primas*] *vesperas.*

*Super psalmos* [*feriales hec sola Antiphona*].[120]

AS:387; 1519-S:35v; 1531-S:19r.[121]

sar0076.

[*19v.*]




*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* (*Actuum ix.* 1.)

SAulus adhuc spirans minárum et cedis in discípulos Dómini, cum iter fáceret, cóntigit ut appropinquáret Damásco : et súbito circunfúlsit eum lux de celo.

℟. Sancte Paule.

℣. Ut digni efficiámur. *infra viij.* [*de matutinas.*][122] {220}.

HS:144r; 1519-S:36r; 1531-S:19v.

Hymn. I.



8268c.

DOc-tor egré-gi- e * Paule mo-res ínstru- e, Et



men-te po- lum nos transférre sá-ta-ge : Donec perféc-tum



largi- á-tur plé-ni- us, E-va- cu- á- to quod ex parte gé-rimus.

1519-S:36r; 1531-S:19v.



Annu- e Christe. *in communi.* [645].

℣. In omnem terram. [651].

AS:387; 1519-S:36r; 1531-S:19v.

Ant. VIII.i.



201544.

E- lé-git * Dómi-nus vi- rum de ple-be, et cla- ri-



tá-tem vi-si- ó-nis e-térne de-dit il-li : ce-lebrémus conver-



si- ónem sancti Pauli a- pós-to-li. *Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.*

DEus qui univérsum mundum beáti Pauli apóstoli tui predicatióne docuísti : da nobis quésumus, ut qui ejus hódie conversiónem cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

## ❡ *Memoria de sancto Prejecto martyre.*

*Ant.* Hic est vere martyr. *In communi.* [687].

*Versus.* Glória et honóre. [687].

*Oratio.*

MArtyris tui Prejécti nos quésumus Dómine intervéntio gloriósa comméndet : ut quod nostris méritis non valémus,[123] ejus précibus consequámur. Per.

❡ *Memoria de sancta Maria.*

*Si hoc festum in aliqua dominica ante lxx. contigerit, totum servitium fiat de festo : et fiat memoria in primis de sancto Prejecto martyre : deinde de dominica et postea de sancta Maria.*

## ❡ *Ad matutinas.*

AS:387; 1519-S:36r; 1531-S:19v.[124]

1098. Invit. II.



LAudé- mus * Je-sum Chris-tum. †In conver- si-



ó- ne a-pós-to- li Pauli. *Ps.* Ve-ní-te. 7*.

[ ◖ *Hic cantus sequens dicatur ad has matutinas.*][125]

1519-S:36v; 1531-S:19v.[126]

Hymn. IV.



8268c.

DOc-tor e-gré-gi- e * Paule mo-res ínstru- e, Et



mentes po-lum nos transfér-re sá-ta-ge : Do- nec per-féctum



largi- á-tur plé-ni- us, E- va-cu- á- to quod ex parte gé-



rimus.



An-nu- e Christe. *In communi.* [647].

## In j. nocturno.

AS:387; 1519-S:36v; 1531-S:19v.[127]

4824. 1. Ant. I.i.



SAulus adhuc spi- rans mi-ná- rum * et ce-dis in discí-



pu-los Dómi-ni, á-bi- it ad prínci-pem sa-cerdó-tum et pé-



ti- it il-lum, ut u-bi-cúnque inve-ní-ret hu-jus vi- e vi- ros :



vinctos perdú-ce-ret Hie-rú-sa- lem. *Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

*Finito psalmo statim incipiatur* ℣. Paternárum [traditiónum].[128] *a cantore : et percantetur a choro antequam inchoetur antiphona post psalmum. Quod per totum annum observetur in versibus antiphonarum cantandis ad matutinas vel ad laudes.*

AS:388; 1519-S:36v; 1531-S:19v.[129]

4824a.



℣. Pa-terná-rum tra-di-ti- ónum : ámpli- us emu-lá-tor



ex-ístens.

AS:388; 1519-S:37r; 1531-S:19v.[130]

2. Ant.
I.v.

 3156.

I - bat * í-gi-tur Saulus fú-ri- a invéc- tus, di-rúm-



que to-to péc-to-re vi- rus efflá- bat : et sanctó-rum sángui-nem



si- ne intermissi- óne si-ti- é-bat. *Ps.* Benedícam. (*xxxiij.*) [166].

AS:388; 1519-S:37r; 1531-S:19v.

 3156z.

℣. Per to-tam Ju-dé- am insá-ni- a fe-re-bá-tur : ut Chris-ti



membra la-ni- á-ret in terris.

AS:388; 1519-S:37r; 1531-S:19v.[131]

3. Ant.
IV.i.

 2725.

E T sú-bi-to * circunfúl-sit e- um lux de ce-



lo : et cé-ci-dit in terram, nichílque vi-dé-bat.



*Ps.* Eructávit cor meum. (*xliiij.*) [206].

AS:388; 1519-S:37r; 1531-S:19v.[132]

2725a.



℣. Audí-vit autem vo-cem di-céntem si-bi : Saule Saule



quid me per-séque-ris ?

℣. In omnem terram. [651].

*Lectio j. Augustin. sermo* 14. *de sanctis.*[133]

SAulus adhuc spirans minárum et cedis in discípulos Dómini. Presens léctio Actuum apostolórum pronúnciat fratres charíssimi, quómodo apóstolus Paulus cujus singulárem hódie festivitátem cólimus, sevíssimus persecútor Christi ecclesiárum : predicátor et doctor factus est Christianórum. Christus enim occídit in eo sevíciam : et reviviscere fecit in eo mansuetúdinem veram. Impléta est in eo prophétia beáti patriárche Jacob : qui cum Bénjamin fílium suum benedíceret, ait, Bénjamin lupus rapax, mane cómedet predam : et véspere dívidet spólia.

AS:388; 1519-S:37r; 1531-S:19v.[134]

7622. 1. Resp. I.



SAu- lus * adhuc spi- rans mi- ná- rum et




7622a.

*Lectio secunda.*

QUi enim nunc Paulus post conversiónem dictus est : ántea cum in impietáte persísteret Saulus vocabátur. Quia commutávit ópera[135] : commutávit et nomen. Erat de tribu Bénjamin : erátque lupus. Mane : id est primus persecútor Christianórum. Véspere : id est póstea per Christi grátiam commutátus. Divísit spólia : id est géntibus mirífice evangélica sacraménta communicávit. Audiámus eum mane comedéntem predam : Saulus adhuc spirans minárum et

cedis in discípulos Dómini, pétiit et accépit epístolas a princípibus sacerdótum in Damáscum (ubi jam magna pars fidélium erat : ) ut quoscúnque inveníret hujus vie viros ac mulíeres in Christum credéntes, vinctos perdúceret in Hierúsalem ad martýrium. Et [20r.]
dum iter fáceret cóntigit, ut appropinquáret Damásco.

AS:389; 1519-S:37v; 1531-S:20r.[136]

6875. 2. Resp. VII.

6875a.



*Lectio tertia.*

ET súbito circunfúlsit eum lux de celo : et cadens in terram audívit vocem dicéntem sibi, Saule Saule : quid me perséqueris ? Quia quod uni ex fidélibus meis persequéndo féceris : me hoc scito passúrum. Quid ígitur Saule frustra insánis contra nomen meum, qui jam olim in ómnium Judeórum mánibus occidísti mártyrem meum Stéphanum ? Olim quidem débui pérdere te : sed Stéphanus meus orávit pro te. Et ille, Quis es, Dómine ? Et Dóminus ad illum, Ego sum Jesus Nazarénus : quem tu perséqueris infidélis.[137] Sed surge et ingrédere civitátem : et ibi tibi dicétur, quid te opórteat fácere. Et surgens nichil vidébat. Et ita erat tribus diébus non videns : et non manducávit neque bibit. Ad hoc enim carnále istud lumen per áliquot[138] témporis pérdidit : ut spirituále verácius per hanc penam percípere posset. Et hoc ídeo tríduo pérdidit : quia Dóminum non credíderat tértia die resurrexísse.

AS:389; 1519-S:37v; 1531-S:20r.[139]

3. Resp. VII.




6001.

6001a.




[℣.] Glória Patri. 95*. ‡Sua predicatióne.

## ℂ *In secundo nocturno.*

AS:390; 1519-S:38r; 1531-S:20r.[140]

4823. 4. Ant. I.i.





ti- bi contra stímu-lum cal-ci-trá-re. *Ps.* Omnes gentes. (*xlvj.*) [208].

AS:390; 1519-S:38v; 1531-S:20r.

 4823z.

℣. Circunfúlsit e- um lux de ce-lo : et audí-vit vo-cem di-



céntem si-bi.

AS:390; 1519-S:38v; 1531-S:20r.[141]

5. Ant. IV.i.

 4825.

SAulus autem * tremens ac stu-pens dix- it ad Je-



sum : Dómi-ne quid me vis fá-ce-re ? A-it autem



Dómi-nus ad e- um : Sur-ge et ingré-de-re ci-vi-tá-tem,



et di-cé-tur ti-bi quid te opórte- at fá-ce-re.



*Ps.* Exaudi Deus deprecatiónem. (*lx.*) [227].

AS:390; 1519-S:38v; 1531-S:20r.[142]

4825a.



℣. Vi-ri autem il-li qui comi-ta-bántur cum e-o :



sta-bant stu-pe-fác-ti.

AS:390; 1519-S:38v; 1531-S:20r.[143]

1188. 6. Ant. VIII.i.



A Christo * de ce-lo vo-cá-tus et in ter-ram pro-



strá-tus : ex perse-cu-tó-re effēctus est vas e-lecti-ó-nis.



*Ps.* Exaudi Deus oratiónem. (*lxiij.*) [229].

AS:390; 1519-S:38v; 1531-S:20r.

1188b.



℣. Prostrá-tus est se-víssimus perse-cú-tor : sed e-réctus est




℣. Constítues [eos príncipes].[144] [655].

*Lectio quarta.*

ANanías quidam discípulus Dómini erat in Damásco : cui dixit Dóminus, Surge vade in vicum qui dícitur rectus, et quere Saulum, et accéde ad eum : et signa eum caráctere meo. Multa enim patiétur pro nómine meo. Et ille, Dómine audívi a multis de viro hoc : quanta mala sanctis tuis fécerit in Hierúsalem. Ait illi Dóminus, Vade, quóniam vas electiónis est michi : ut portet nomen meum in géntibus coram régibus et princípibus terra. Ideo enim prostráta est in eo supérbia : ut erigátur in eo humílitas et devótio obséquii mei. Prostráta sunt jam in eo vícia : ut sánctitas erigátur. Venit ergo Ananías, baptizávit Saulum ímpium : et fecit nobis Paulum predicatórem pium. Baptizávit lupum : et fecit agnum. Posteáque[145] cépimus eum habére predicatórem : quem habúimus ante persecutórem. Tu autem.

AS:390; 1519-S:39r; 1531-S:20r.[146]

4. Resp. I.

 7814.







7814a.




*Lectio quinta.*

Ecce quómodo dívidit spólia véspere. Cepit enim ubíque statim predicáre Christum : contra quem ántea fórtiter pugnávit. Nunc patiebátur Paulus : quod fécerat Saulus. Saulus lapidávit Stéphanum : Paulus lapidátus est propter Christum. Saulus Christiános virgis cécidit : Paulus pro Christo quínquies quadragénas una minus ídeo accépit, ut íterum cederétur pro Christo. Nam contra ómnia que ántea fidélibus irrogáverat supplícia : multo majóra ipse passus est pro Christo torménta. Si considerémus dilectíssimi nobis : via nostra Christus est. Christum atténdite. Pati venit : sed et glorificári. Contémni : sed étiam exaltári. Mori : sed étiam resúrgere. Ita cogitántes fratres charíssimi non desperémus : quia et si peccatóres sumus, magnum médicum habémus.

AS:391; 1519-S:39r; 1531-S:20r.[147]

6965. 5. Resp. VII.






6965a.

*Lectio sexta.*

[*20v.*] IPsum Médicum audíte. Non veni vocáre justos : sed peccatóres ad peniténtiam. Utílitas dénique hujus rei geste, hec est. Apóstolus idem Paulus commémorat in epístolis suis. Dicit enim ad hoc sibi véniam datam ómnium peccatórum suórum, ut nemo de se despéret, quicúnque fúerit in magnis sceléribus irrétitus, quasi véniam non sit acceptúrus : si convérsus fúerit ad eum qui pendens in cruce, et pro persecutóribus exorávit, dicens, Pater ignósce illis : quia nésciunt quid fáciunt. Factus est ille ex persecutóre predicátor : et doctor géntium. Qui prius (inquit) fui blásphemus et persecútor, et injuriósus : sed misericórdiam consecútus sum. Vides méritum : pena debétur. Ergo pena non rédditur : sed misericórdiam pro pena conséquitur. Grátia enim salvi effícimur de peccátis nostris : largiénte ipso Dómino nostro, qui vivit et regnat in sécula seculórum amen.

AS:391; 1519-S:39r; 1531-S:20v.[148]

6. Resp. I.




7123.



†Qui et mé-ru- it thro- num du-o-dé-ci-mum pos-

7123a. 

sí-de- re. ℣. A Christo de ce-lo vo-cá-



tus et in ter-ram prostrá- tus : ex perse-cu-tó-re efféctus



est vas e- lec-ti- ó- nis. †Qui et.

[℣.] Glória Patri. 93*. †Qui et méruit.

## *In iij. nocturno.*

AS:391; 1519-S:39v; 1531-S:20v.[149]

5457. 7. Ant. I.v. 

VI-ri autem * qui comi-ta-bántur cum e-o sta-bant



stu-pe-fácti : audi- éntes qui-dem vo-cem, sed némi-nem



vi-déntes. *Ps.* Confitébimur. (*lxxiiij.*) [248].

AS:391; 1519-S:39v; 1531-S:20v.

 5457a.

℣. Saulus autem ca-dens in terram : a-pertísque ó-cu-lis



nichil vi-dé-bat.

AS:392; 1519-S:39v; 1531-S:20v.

8. Ant. I.i.

 1247.

AD ma-nus au-tem * il-lum tra-héntes introdux-



é-runt Damás-cum : et e- rat tri-bus di- é-bus non vi-dens,



et non mandu-cá-vit neque bi-bit. *Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:392; 1519-S:40r; 1531-S:20v.

 1247a.

℣. Surréx-it autem Saulus de terra : a-pertísque ó-cu-lis



nichil vi-dé-bat.

AS:392; 1519-S:40r; 1531-S:20v.[150]

5300. 9. Ant. VII.i.




*Ps.* Dóminus regnávit irascántur. (*xcviij.*) [289].

AS:392; 1519-S:40r; 1531-S:20v.[151]

5300z.




℣. Nimis honoráti [sunt amíci tui Deus].[152] [659].

[*Lectio vij.*] [*Evangelium*][153] *Secundum Mattheum xix.* (27-29.)



